

1284

/ Ill.mo et R.mo Sig.r mio oss.mo.

In tutte le occasioni nelle quali potrò servire à V.S.Ill.ma conoscerà dalli effetti medesmi, ch'io gli vivo servitore di particolare osservanza, et però in conformità di ciò si è risoluto con il <sup>5</sup> Procuratore generale delli Celestini, che per quattro mesi possa restare costi in S.to Stephano il Priore di detto Monasterio, acciò V.S.Ill.ma venghi servita, et acciò non si possa imputare al detto Priore sorte alcuna di colpa per la sacra benda della Santissima Madonna. Finito poi questo tempo sarà necessario per molti et degni <sup>10</sup> rispetti che egli se ne vadi dove l'obediencia de suoi Superiori lo manderà. Et supplicando V.S.Ill.ma à commandarmi spesso gli faccio humilissima riverenza, et da Dio N.S. gli prego ogni desiderata felicità. Di Roma il di 24 Maggio 1613.

Di V.S.Ill.ma et R.ma

<sup>15</sup> humiliss.o et aff.mo servitore

il Card.le Bellarmino.

S.r Card.le Barberino leg.to di Bologna.

---

3784<sup>a</sup>  
12 1284<sup>a</sup>

/ De compendio offensionum commissarum a Religiosis Societatis  
exhibito Vicario Apostolico a presbyteris illius partis.

Hoc compendium videtur libellus famosus contra Societatem gene-  
ratim scriptus. Notantur enim gravissimi errores Patrum Societatis  
5 in Hollandia laborantibus, nec nominantur personae, nec adducuntur  
testes, nec ulla probatio adducitur. V.g. dicunt Patres offerre com-  
munionem hominibus non instructis et bene tatis: et contra nega-  
re moribundis, si jejuni non sint. Item conjungere in matrimonio ho-  
mines in gradibus prohibitis sine ulla facultate; baptizare unica  
10 mersione; docere in peccatis carnis omnia esse mortalia; nullum ve-  
niale. Haec si vera sunt, debuisset D. Sasboldus denunciare Suae  
S. ti tanquam suspectos de fide, eos qui talia agunt; si falsa sunt,  
graviter peccavit. Sed de primo habetur responsio in scripto Jesui-  
tarum, quod videlicet dederit unus Pa Eucharistiam mulieri ae-  
15 grotae, quae putabat se non esse jejunam, quia ante mediam noctem a-  
liquid cibi sumpserat.

De tota causa.

Videtur esse unum grave inconveniens in hoc negotio hollandico,  
ex quo nascuntur multa particularia. Inconveniens videtur, quod pre-  
20 sbyteri missi a Vicario Apostolico dicuntur Pastores ordinarii, re-  
ligiosi autem dicuntur presbyteri externi et vagabundi. Videtur au-  
tem non esse verum, quod illi sint Pastores ordinarii. Nam ipse in  
primis Sasboldus non est Pastor ordinarius, id est Episcopus Hollan-  
dorum, sed Philippensium, est pastor delegatus, ut Vicarius Apos-  
25 tolicus; et quanvis Vicarius Apostolicus possit constituere pasto-  
res ordinarios, id est, Parochos, tamen illi, quos hactenus constitu-  
it, non videntur parochi sive pastores ordinarii, quia non habent  
populum sibi assignatum distinctum ab aliis: sed omnes a D. Philip-  
pensi missi, discurrunt per totam regionem, et ubique volunt haberi  
30 pastores ordinarii; unde fit, ut saepe in uno loco sint multi pasto-  
res ordinarii, in alio nulli. Hoc autem non est esse Pastorem ordi-  
narium, sed esse delegatos in solidum pro tota provincia cum aucto-

/ ritate pastoris ordinarii. Et hoc modo etiam Religiosi, missi auctoritate Summi Pontificis cum amplissimis privilegiis dici possunt Pastores ordinarii, id est, delegati cum potestate ordinaria. Hinc ergo nascitur omne dissidium: quia missi a Sasboldo volunt ubique  
5 omnes haberi ordinarii, et ut nemo praeter ipsos possit concionari, baptizare, etc. Contra autem Religiosi non possunt ferre, ut ubique debeant impediri ab ordinariis, ne fungantur munere, ad quod missi sunt, ac praesertim in provincia haeretica, ubi Pastores ordinarii delitescunt in privatis domibus, nec facile conveniri possunt. Itaque  
10 necesse est, ut vel Religiosi recedant ex Hollandia et unitis regionibus; vel eximantur omnino a potestate Sasboldi. Nam praeter ea quae dicta sunt, Religiosus Dominicanus anno superiori venit Romanam ex illis partibus, aperte dixit, Religiosos pati majorem persecutionem a Sasboldianis, quam ab haeticis. Praeterea in Anglia,  
15 Scotia, Hibernia Religiosi liberi sunt ab Ordinariis, quia id requirit locus et tempus; cur non in Hollandia? At capitula confirmata sunt inter Archiepiscopum et Religiosos. Verum est; sed cum experientia doceat, Sasboldianos illis abuti contra bonum plebis ad opprimendos religiosos, tollenda videntur.

---

20 Fonds Germanico. Epist. V. C. Bellarmin. brouillon autogr.